DECIMA TERTIA TABVLA.





P, P Hæ costarum asperitates, earum tubercula referunt, in quæ quartus thoracem mouentium musculus inserebatur. Quod autem ad costas, earundemq; interualla attinet, eadem hic atq; in aliquot præcedentibus tabulis est ratio.

Q Scapulam mouentium tertius.

R Scapula posteriori parte prorsus excarnis.

S Thoracem mouentium secundus.

V Tertium ligamentum peculiare articuli humeri.

X Dependet musculus brachium mouentium quintus.

Y In utroq; brachio posterior humeri pars, excarnis prorsus, musculis que libera cernitur.

a Posterior cubitum flectentium musculus.

b, c, d Musculi cubitum extendentes. Ac b is insignitur, qui ab humiliori scapulæ costa initium ducit, c ille, qui ab humeri capitis ceruice exoritur. d autem carnosa pars, quæ ab humero, ad medium ferè longitudinis eius originem sumit.

e Radius.

f, g Musculus radium in pronum ducentium superior, cuius insertionem priuatim g insigniuit.

h Dependet hic musculus, radium in supinum mouentium breuior.

i Vlna, radium autem e superiùs notaui. k autem, ligamentum in utroq; cubito indicat, radiũ ulnæ

k. tota ea sede colligans, qua hæc ossa inuicem dehiscunt. Quod uerò ad brachialis postbrachialisq; ac demum digitorum ossa spectat, omnia hic præcedentibus correspondent tabulis. Verùm musculum hic resecuimus, pollicem indici proximè adducentem. Ac in sinistra manu tres cõspici

1, 2, 3. untur musculi, secundùm pollicis internodium flectentes, characteribusq; 1, 2, 3 insigniti. Insuper musculus primum indicis os introrsum flectens, hic priuatim l indicatur.

m Ilium ossis dorsum, quemadmodum et coxendicis ossis exterior sedes, prorsus excarne occurrit.

n Coccyx quoq; os excarne, seu musculis ipsi adnatis liberum cernitur.

o Ligamentum à sacro osse, coxendicis acuto processui insertum.

p Femoris caput.

q Magnus exteriorq; femoris processus.

r Hic ab insertione propẽdet decimus femur mouentiũ, internã ipsius sedẽ, quæ ossibus undiq; attẽ

s, t, u. ditur, cõmonstrans. Atq; ita s, t, u huius musculi tẽdines notãt, qui ad coxẽdicis os reflectũtur.

x, y, z Tribus his characteribus, carnosa indicatur pars, uaginæ quasi modo decimum femur mouentiũ musculum inibi deducens, quà ad coxendicis os reflectitur. Atq; ita x huius carnosæ partis supremam indicat sedem, y mediam, z autem infimam.

α Portio femur mouentium noni.

β, γ In dextro femore duæ musculorum notantur insertiones, in paruũ femoris fictæ processum. Ac β quidem insertionẽ indicat musculi femur mouentiũ sexti, γ autẽ musculi femur agentiũ septimi.

δ, δ Musculus tibiam mouentium octauus, uniuersum femur propemodum ambiens.

ε, ε Aspera femoris indicatur linea, cui quintus femur mouentium musculus inseritur.

Ξ, Π, Σ Quintus femur mouens musculus, ab interno femoris capite propendet, in quo Ξ posteriorem ipsius notat partem, Π uerò & Σ anteriorem. atq; hic rursus priuatim Π posteriorem indicat portionem partis anterioris, Σ uerò anteriorem portionem.

Φ Musculus in pedem mouentium classe tertius enumeratus, ac principium Φ indicatum à femoris

ζ. externo ducens capite, tendinem autem illic educens, ubi ζ insignitur.

η, η Musculus, quem in poplite latitantem uocamus.

Ψ Quartus pedem mouentiũ musculus, cuius initium θ indicatur, ipsius autem sedem, quæ tendo duo

θ, κ. rum primorum pedem mouẽtium musculorũ, illi primùm pertinacissimè adnascitur, κ notauimus.

λ. λ uerò tendinis insignitur insertio, qui è duobus illis primis pedem mouẽtibus & tertio cõsurgit.

μ Hac sede tibiæ os excarne conspicitur, quemadmodum & magna portio exterioris capitis duorum humiliorum femoris capitum.

ν Tendo musculi pedem mouentium octaui.

ξ Tendo septimi pedem mouentium.

Ω Præsenti charactere indicatã uolui figuram, ad dextrũ integri hominis hac decimatertia tabula expressi crus repositã, lapidiq; innitẽtem, quo tandẽ inferior pedis sedes oculis subijciatur, et sectionis serie musculi in hac apparentes, sensim in sequentibus tabulis proponantur. Significe-

ϖ. tur itaq; primùm ϖ ligamentum, seu membranea substantia, primo digitos mouentiũ musculo obnatam, latiq; tendinis uicem in planta subeuntem.

ρ Musculus pollicem à cæteris digitis introrsum abducens.

ς Musculus abductionis parui digiti à cæteris opifex.

τ, τ Primus secundusq; pedem mouentium musculi, in integro quidem homine à quarto pedem mouen-



ANDREAS VESALIUS *De Humani Corporis Fabrica* BASEL, 1543 THE WARNOCK LIBRARY Octavo